



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetii, 1562

Correctio debet fieri quinq[ue] modis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

CHRISTIANA

quatur, sicut, uitæ, doctrina, &
iudicij. Tertium est, timor munda-

Grego. nus, uel humanus. Vnde Gregorius

dicit. Sæpe nanque rectores impro-

uidi humanam amittere gratiam for-

midantes, loqui liberè & recte per-

mescunt. Quartum est, indiscreti
remissio, de qua exemplum habetur

1. Re. 3.

in primo Regum cap. tertio de He-

ly, qui remissè arguebat filios suos di-

cens. Quare facitis res huiuscmodi,

Hieron.

quas ego audio? &c. Vnde Hierony-

mus Hely, qui filios delinquentes fe-

rire noluit, apud districtum iudicem

semetipsum cum filiis crudeli dama-

tione percussit. Et Isydorus. Nimirum

pietas dissolutionem discipline partu-

rit. Quintum est, defectus bonæ uitæ.

Vnde Gregorius ait. Nam sermo

dulcedinem non habet, quem uitare

proba intra conscientiam remorde-

Apo. 4.

Correctio debet fieri quin-

que modis.

Isa. 11.

Irimo, procedere debet ex amo-

re. Apoc. quarto. Quos amo-

arguo, & canticō. Et apud Isa-

iam legimus. Egredietur uirga de ra-

dice Iesse, &c. Iesse interpretatur in-

cendium, de incendio ergo amoris de-

INSTITVTO. 71

bet egredi uirga correctionis. Sed sunt quidam qui illos maxime uolunt corriger, quos uidentur non amare; quorum correctio ab his, quibus adhibetur, non reputatur correctio, sed hostilis persecutio. Vnde Isydotus ait. Qui delinquentem superbo, uel odioso animo corripit, non emendat, sed percutit. Secundo debet fieri cum compassione. Vnde Gregorius.

Isyd.

Greg.

Nequaquam iacentem erigit se, nisi qui a status sui rectitudine per compassionem flectit. Et pater Augustinus.

Augus.

Duo sunt nomina, homo, & peccator, quia peccator est, corripi, quia homo est, miserere.

Vnde Psaltes. Corripet me iustus in misericordia. Neceſſe est ergo illos qui uolunt alios corriger, iugiter meditari proximi infirmitatem, ut in se ipsis discant, quid alij portare possint. Considerans te ipsum (inquit Paulus) ne & tu tempteris. Et Ecclesiasticus.

Psa. 140

Gall. 6.
Ecc. 31

Intellige quae sunt proximi ex te ipso. Et Hieronymus. Boni enim rectores ex sua infirmitate alio nun infirmitates pensant. Et Gregorius. Si quem uis reprehendere, pri-

Hieron.

Greg.

mum uide ne similis ei sis : quod si es, patienter ingemisce, si non es ei simili, tamen fuisti, uel esse potuisti, cōdescende, & non odio, sed miseri-

CHRISTIANA

cordia argue. Idecirco omnipotens
deus principem apostolorum permisit
cadere, ut in culpa sua disceret, qualis
ter alijs misereri deberet. Sunt multi
qui alios durè uolunt arguere, se tamen
nolunt corrigi, quorum moribus est,
noli me tangere, a solo descurabiles,
cum tactum eius mani fugiant. Tertio,
debet fieri cum mansuetudine. Vnde Psaltes.
Quoniam superuenit mansuetudo, & corripuit &c. Vitia animi sic uitia corporis leuiter tractanda sunt. Propterea dicebat Paulus ad Gallatas. Vos qui spiritualis estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. Quiaicut dicit Ambrosius. Plus proficitur
Ambr. correctio, quam accusatio turbulenta, illa pudorem incutit, & haec dignationem mouet. Quarto, secretò facienda est, si culpa est secreta.

Gal. 6. Sic docet nos Saluator noster in Matthæo dicens. Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum solum, &c. Alioquin non est correctio, sed conuiciatio. Ecclesiasticus est correctio mendax in ore contumeliosi. Verè mendax est talis correctio, sicut dicit Pater Augustinus, solus nosti peccatum fratris, & enim uis coram omnibus arguere, non ens corrector, sed proditor. Si enim non

Mat. 18

Ecc. 19

INSTITUTIO. 72

corrigitur secreta admonitione, tunc
publicè arguendus est, sicut dicit Isy-
dorus. Qui admonitus secretò corri-
gi de peccato negligit, publicè arguē-
dus est; ut uulnus, quod occultè fāna-
ri nescit, manifestè debet emendari.
Quinto si fuerit manifesta, manife-
ste facienda est. Vnde Paulus ad Thī-
moteum dicebat illum instruens. Pec-
cantes coram omnibus argue, ut cæ-
teri timorem habeant. & Isydorus.
Manifesta peccata non sunt occulta
correctione purganda. palam enim
arguendi sunt, qui palam nocent; ut
dum aperta obiurgatione sanantur
hi, qui eos imitando deliquerunt, cor-
rigantur. Dum unus corripitur, emen-
dantur plurimi.

*Correctio siue disciplina acci-
pienda est propter
tria.*

Primo, quia scriptura docet. Psal. 2.
Dauid dicit Apprehendite di-
sciplinam, ne quando irascatur
dominus &c. Secundo, quia homi-
ni multum prodest. duo nanque bo-
na facit. Primum est, quia est uia in-
grediendi ad uitam. Vnde in Prouer-
biis dicitur. Via uitæ custodienti di-
Pro. 6.